1252. Maggio. Milano. Morbio 11 (5) 5.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo. Indictione decima die iovis sextodecimo die mensis madii. Cum olim Gerlus Mariacius et Mafiollus de Vaprio superstites laboris sancti Eustorgii
Mediolani consensu et parabola prepositi et capituli tunc dicte ecclesie sancti Eustorgii qui tunc erant investivissent titulo libelli nomine dicti laboris quondam Morandum Bossium civitatis Mediolani. Nominative de petia una prati quod pratum dicti superstites
ibi habere videbantur in loco et territorio de Robiollo que est pertica viginti vel id circa. cui coheret ut ibi dicere consuevit: a mane flumen Olonelle. a meridie fuit dicti Morandi et in parte Roberti Barzoarii et modo est infrascripte domus virginum et in parte
illorum de Bandis. a sero fuit ecclesie sancti Maurilii et modo est heredum quondam Truncanulli de Lacruce. a monte fuit Petri Pensauri et modo est illorum de Bandis et in parte predicte domus virginum. ad fictum annuatim prestandum eis ad partem iste
superstantie solidos viginti tertiolorum in denariis numeratis conditione adiecta in ipsa investitura quod si cessaret solutio ficti per annum unum et mensem unum ultra continue quod illa investitura nullius momenti esset et quod caderet ab omni suo iure
ut constat per instrumentum unum traditum et scriptum per Guidotum de Valuecia notarium in millesimo ducentesimo nono tertio die ante kalendas iulii. Et post hoc Rollandus et Bossius filii et heredes quondam Guidonis filii et heredis dicti quondam Morandi
ipsi tunc … per aliquot tempora tenuissent et possedissent dictum pratum et cessassent in solutione dicti ficti faciendi per triennium et etiam per decennium et plus continue et ipso iure cecidissent a iure libelli et ab omni suo iure ut ibidem
dicti Rollandus et Bossius confitebantur. Ideo dominus Anselmus Cotus superstes dicti laboris et habens mandatum et concessionem et locationem a preposito et fratribus et capitulo dicte ecclesie super his et aliis pertinentibus ad ipsam superstantiam
ut patet per instrumentum unum traditum et scriptum per Martinum de Sesto … notarium … millesimo ducentesimo trigesimo octavo die martis octavo die ante kalendas decembris nomine dicte superstantie. Investivit nomine libelli et si
libellus non tenet ad annos nonaginta novem et de inde usque in perpetuum Ruscham Ferrarium qui dicitur de Vicomercato sindicum et nuntium et procuratorem domus virginum site apud flumen Vectabile apud hospitale … ut
ut constat per instrumentum unum sindicatus factum per Iacobum de Curtexella notarium in millesimo ducentesimo quadragesimo quinto die mercurii quarto die februarii. Recipientem nomine et ad partem dicte domus virginum et nomine ministre
fratrum et conventus dicte domus. Nominative de predicta petia prati cum omnibus eius fossatis circumstantibus et cum omnibus irrigationibus et iuribus irrigationum et cum omnibus iuribus et accessibus et utilitatibus illi petie prati
pertinentibus et adiacentibus. Tali modo et tenore quod deinceps omni tempore ministra et dominus et conventus dicte domus cum omnibus suis successoribus tenere debeant et gaudere ipsam petiam prati et inde facere suam utilitatem ita quod
apud eas vel illum cui dare illa petia prati non peioretur. ipsis ministra et sororibus nomine dicte domus annuatim per omne festum sancti Martini et incepto in presenti festo sancti Martini dantibus et solventibus fictum suum pro ficto dicte
petie prati eidem Anselmo ad partem dicte superstantie solidos viginti tertiolorum inde numeratis cum omnibus dampnis et expensis et interesse que fient fient et erunt et patientur pro ipsis denariis dicti ficti annuatim post quolibet terminum habendis et
exigendis. Aut ab alio mutuandis. Ex eo enim acto et dicto expressim inter predictas partes in principio et medio et fine huius contractus et per totum quod si ministra et conventus dicte domus sive dicta domus vel alius qui teneret
illud pratum cessaret in solutione illius ficti per triennium post terminum ficti continue quod ipso iure cadant ab hac investitura et ab omni suo iure et quod investitura sit nullius momenti et valloris et quod possit ille superstes vel alius eius successor eam
… illud pratum alii locare et de eo facere quicquid voluerit sine alicuius contradictione quam alias si investitura facta non fuisset. Et ex predicta investitura confessus fuit et contentus dictus Anselmus nomine dicti laboris se recepisse et habuisse a dicto Rusca
solvente dicte domus virginum libras quinque tertiolorum. Renuntiando exceptioni non numerate pecunie. quod solutio fuit occasione huius investiture et ex fictis preteritis que ipsi dicti Bossii solvere tenebantur. Et alio … pretium … ipsi Anselmo nomine illius superstantie … taxat
ad cautellam et deffensionem istius petie prati et ad … intendenda pro evictione secuta contra omnes personas. … et quod predicta investitura et quod predicta omnia et singula facta sunt presentibus et consentientibus predictis Rolando et Boxio habitantibus dicti quondam Morandi Bossii
predicta … remittentibus de speciali pacto … illi Rusche recipienti ad partem et vice dicte domus virginum quicquid iuris et actionis in predicta petia prati … ad eos pertinet et quod predicta petia prati obvenerat in partem isto … divisione que fecit
cum dicto Bosio fratre eius … ambo ibi dixerunt confessi fuerunt omni occasione remota et … omnibus et singulis … cum singulis capitulis … a dicto Ruscha nomine dicte domus sive a dicta domo et ministra … dicte domus de Ruscha … promiserunt
… obligando omnia bona dicte domus sive ministre … pignori. Renuntiando per pactum speciale … hac … omnibus dicti Ruscha isto nomine posse … sub … iudice … non sit ibi … domicilium. Et quod non possit se
appellare ad maiorem iudicem non obstantibus aliquibus feriis … causis … in posterum … solempnibus et repertis … extraordinariis et quod non possit … debiti … faciendas … stare super hoc
facto … ut … ordinarie … non obstante tali … et pacto non posse … quod non sit … Et generaliter renuntiando omni … possit … in domo ipsarum … presente Leone Grecha … notario
Interfuerunt ibi testes … filius quondam … Lupari et Lambertus filius quondam Giusfredi Arsomarii et Manfredus Boldizoni …
Ego … filius quondam Leonardi Manganatoris de Porta … notarius … tradidi et ad scribendum dedi et ss.
Ego Philippus filius quondam Ottonis … notarius iussu … scripsi

1252. 15. Mai

Morbis 11 (5)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Halle

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1764351266-15/fragment/page=2